

78 Th. Bartholini

Armillae
servo-
rum.

in Maximinis. Gestabant armillas quoque servi, Dominorum indulgentia. Vnde *armillata turba* dicuntur *cursores* servi apud *Suetonium* Neron. cap. xxx. Nec minus illi qui in triumphis ludebant. *Appianus Alexandrinus* de Scipionis triumpho: Imperatorem *lictors* praebant, *purpureis amicti vestibus*; tum *Citharædorum*, & *tibiarum turba* ad *Hetruscae similitudinem pompæ*: Hi *succincti*, *coronisque aureis redimiti*, suo quique ordine *canentes*, *psallentesque prodibant*: horum in medio, *quispiam talari veste*, *fimbriisque*, atque *armillis auro splendentibus amictus*, *gestus varios edebat*.

§. VI. Armillæ Sponsalitiæ.

Caruerunt iis Virgines, armillasque manibus suspendisse infra